UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

IV. Conrad, Edler von Werberg, giebt der Gemahlin Günther's von Bartensleben den Rothen Hof und zwei Höfe in Klein-Helingen zu Lehn, am 3. October 1304.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55003

Visual Library

curauimus, quod ſigilla eorum preſentibus ſint appenſa. Et nos henricus et Baldewinus, milites, dicti de dalem, rogati ad maiorem premiſſorum euidentiam ſigilla noſtra preſentibus duximus apponenda. In cuius rei teſtimonium nos fratres de Bertensleue predicti ſigilla noſtra preſenti littere iuſſimus communiri. Huius rei teſtes ſunt hildebrandus, plebanus de heslinghe, et Meynardus, viceplebanus in hilleghendorp, dominus Johannes de holnage, dominus Borchardus de Mozez et Johannes de Marnholt, milites, ac Conradus de hilleghendorp et Ceſarius de bodenrodhe, famuli, et quam plures alii fide digni. Acta in Wluesborch, anno domini milleſimo trecenteſimo ſecundo, XV Kal. Julii.

Mitgetheilt von dem Paſtor P. W. Behrends in Nordgermersleben in dem Jahresbericht des Altmärkiſchen Vereines.

IV. Conrad, Edler von Werberg, giebt der Gemahlin Günther's von Bartensleben den Rothen Hof und zwei Höfe in Klein=Helingen zu Lehn, am 3. October 1304.

Conradus, nobilis, dictus de Werbergh, — cupimus eſſe notum — quod ob tenorem et amorem ſtrenui uiri Guntheri, dicti de Bertensleue, nobis dilecti porrigimus — domine Conegundi uxori ſue curiam, que dicitur Rodehoph, cum omnibus attinentiis ſuis, nec non duas curias in parua Helinghe etiam cum quibuslibet attinenciis ſuis pheodali iure perpetuo poſſidendas —. — Teſtes ſunt Dilecti nobis Erembertus et Olricus, milites, dicti de Weuelinghe, nec non alii quam plures fidedigni. Datum in caſtro ſomerſchenburgh, anno Domini M°. CCC°. IIII°., quinto Nonas octobris.

Nach dem Originale im Wolfsburger Archive.

V. Die Grafen von Woldenberghe verkaufen an die Brüder von Bartensleben die Dörfer Oslos und Bärwedel, am 25. Februar 1309.

Nos hermannus et Johannes, dei gratia Comites de Woldenberghe, vniuerſis — notum eſſe volumus — quod honeſtis viris Burchardo et Guncelino, Militibus, et Wernero, famulo, fratribus, dictis de berthensleue, contulimus villam Vsleueſſen et villam bereweden iuſto collationis titulo et ſuper — villis eiſdem warandiam faciemus et facimus terre conſuetudine approbata. In cuius rei euidens teſtimonium ſigilla noſtra preſentibus ſunt appenſa. Datum anno domini Milleſimo CCC°. Nono, feria Tertia poſt Dominicam, qua cantatur Reminiſcere.

Nach dem Originale im Wolfsburger Archive.